



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 3. De varietate, seu varia diuisione contractus,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

cadem acceptione sumptus contractus, de omni obligatio-
ne quæ ex delicto nascitur; iuxta legem, Omnes, ff. de iudi-
cisi. Trium harum acceptiorum in citato art. i. meminit
Sotus, citans Sylu. in verbo. Contractus, & Conradus in
memorata que s. l. 16.

17. Ceterum quod idem Sotus in eod. art. concl. 2. negat con-
tractum dici proprie de deposito & pignore, non videtur
admittendum. Nam quod illa fiant gratis, commune ha-
bent cum mutuo & commodato, quæ ipse ponit inter spe-
cies contractus proprie dicti. Item quamvis depositio graci-
tis fiat, ipsa tamen facta, nascitur utrumque obligatio: quia
depositarius debet depositum custodiare & restituere tem-
pore præstitutoris: nec potest eo vii prohibito. Et deponens eo
ipso quod depositum, debet solvere impensis si qua deposi-
tarus fecit necessaria in custodiendo deposito, quod simili-
liter dicendum est de pignore.

18. Multo vero minus quod contractus sint, negari potest
de securitate, quæ species quedam est emptionis, vel loca-
tionis: aut de censu, qui emptionis: aut de cambio, quod
permutationis: aut de emphyteusi, quæ locationis species
quædam est: aut de custodia quæ quando custos gratis fide-
sumit custodiendam, species est depositi: quando
vero sumit accepto prelio sua diligentia, & opera: vt cum
pastor oviuum locat suam operam ad gregem custodiendam,
est species locationis. In quibus omnibus cum utrum-
que nascatur obligatio, merito de iis dicitur quod sint pro-
prie contractus, sicut & de matrimonio quatenus ex iure
natura vim habet. Ea enim ratione species est societatis
contractus inter virum & vxorem: tam prolem, quam ad
mutua vita obsequia & rei familiaris curam. Ac demum de
omni conventione ex qua nascitur utrumque obligatio, vel
dandi vt de, vel faciendo vt facias; vel dandi vt facias, vel fa-
ciendivi des: ita ut ludus coniuncta conventioni, qualu-
dentes sic inter se contrahunt: *Vitus soluam, vt tu vitius soluas,*
senserit proprie contractus: sicut & sponsio, dicta
Gallie *gagere*, quæ est talis quidam ludus.

Secus autem dicendum est vt de donationibus, ita & de
legatis, quæ sunt donationes à testatore factæ, & ab heredi-
bus præstandæ; ex lib. 2. Instituto, tit. De legatis § 1. Itemque fideicommissa quæ sunt legata, testamento felicita-
cum conditione, quod post aliquod tempus restitui debant. Nam hæc quoque donationes esse, habetur ex lege,
Et fideicommissum, ff. De legatis & fideicommissis tertio.
Secus item de precario, quo precibus petenti aliiquid vten-
dum, conceditur tardi, quandiu is qui concessit patitur;
ex lege prima, ff. De precario, & ex cap. finali. De precariis.
Ipsum enim est quedam donatio vñs rei, nisi malueris esse
commodatum ad tempus incertum.

19. Secus quoque dicendum est, vt de acceptilatione, ita &
de compromisso, arbitrio, delatione iuramenti, & transactio-
ne quæ habent rem dissolutionis contractus. Etenim
compromissum, est pactio quedam & conuentio inter litigantes
ad lites finiendas, ex lege prima, ff. De receptis arbitriis.
Arbitrium vero est, quo iudices arbitrii, alitigantibus
eligitur ad item compendiendum. Delatio autem iura-
mentum est, quæ creditor debitore negante debitum, defert il-
li iuramentum; vt si iure debitum esse iam solutum, non
sit amplius ab illo exigendum. Ac demum transactio, est pa-
ctio de re dubia, & lice incerta nondum finita, aliquo dato
vel retento vel promisso, vt lis est, ex lege prima, ff. De
transactibus, & ex lege, Transactio, Cod. codem titulo,
& ex cap. Super eo, codem quoque titulo. Extra. Quod quidem
est inter debitorem, & creditorem ita continuare vt ille
soluat certam debiti partem, ne cadens causa, totum soluere
compellatur: & hic partem remittas, ne forte cadens causa
totum perdat. Ex quibus facile erit similiter iudicare de cæ-
teris, sive propriæ, animus propriæ, aut tantum in proprio
dicti contractus. Adiuite autem obiter antedicta de dona-
tione, pertinere ad ipsam simplicitet sumptam: prout facil-
iter prouenit ex liberalitate vel munificentia vel charitate
mera. Non enim videtur negandum, rationem propriæ di-
cti contractus habere, cum est coniuncta cum pacto vt de-
etur, vel fiat aliquid in nostrarum gratiam: vel quia
aliquid datum vñlfa.
Etum est.

C A P V T III.

De varietate seu varia diuisione
contractus.

S V M M A R I V M.

- 20. De contractuum varietate, ac primo de ea quæ sumuntur ex personis cum quibus illi sunt.
- 21. De ea, quæ ex rebus de quibus sunt.
- 22. De aliis quæ ex modo quibus sunt.
- 23. Qui contractus dicuntur bona fidei, & qui stricti iuri.
- 24. Qui dicuntur gratuiti, & qui onerosi.
- 25. De ultima diuisione late patente, quæ quidam rem vñius transferant in alium quæ ad dominium, & qui.
- 26. Quidam quoad vñmfructum tantum, & qui.
- 27. Quidam quoad vñm tantum.
- 28. Quidam quoad traditionem rei tantum.

20.

Q Voniā contractus pendunt ex libera hominum vo-
luntate, ij admodum varij sunt at multiplices: nouis
indies, ac diversis apud diuersas nationes subortis, pro di-
uersitate ingeniorum. Vnde sit vt in haere, quæ ex tam in-
constanti ac mutabili principio pendet, non sit facile se-
rem texere, quæ in certum Ordinem tanta varietas digera-
tur. Nihilominus vt quantum fieri potest confusione tri-
temus: tria in contractibus spectabimus ex quibus illi pos-
sunt inter se distinguiri: quæ sunt personæ cum quibus, res de
quibus, & modi quibus sunt.

Primum ergo ex personis cum quibus contractus sunt,
idem distinguuntur in diuinos, diabolicos, Ecclesiasticos,
& ciuiles. Diuinis sunt, quibus contrahimus cum Deo, vel
cum Sanctis in ordine ad Deum; vt vota omnia. Diabolici
vero sunt, quibus contrahitur cum diabolo: vt magia, male-
ficia, veneficia, omniaque alia pacta cum diabolo. Eccle-
siastici autem sunt, quibus cum Ecclesia Dei sponsa contra-
himus: vt solemnis professio Christianismi in baptismo,
beneficia Ecclesiastica, solemne votum continentia in Or-
dinibus sacris, & professio religiosa in religione aliqua per
Sedem Apostolicam approbata. Ciuiiles denique sunt, qui-
bus homo contrahit cum homine: quorum alij sunt inno-
minati, alij nominati. Dicuntur innominati, qui certa & pe-
culiaria nomina iure gentium non acceperunt & sunt qua-
tuor, ex lege Naturali, ff. De præscriptis verbis. Do vt des,
facio vt facias: Do vt facias, & facio vt des: ad quos teuocan-
dis sunt omnes de quibus dubitatur quæm speciem & natu-
ram nominatorum habeant, non item exteri: quantumvis in
eis talis ratio generaliter influentur: vt in permutatione
inuenitur prima ratio; itempe Do vt des. Dicuntur vero
nominati, qui certa & particularia habent nomina iure genti-
um: vt emptio, locatio, &c. vel qui iure ciuili cum peculiari
nomine sunt introduci, vt emphyteusi, stipulatio, & qui-
dam alij.

Secundo, ex rebus de quibus contractus sunt, ipsi di-
stinguantur: quod quidam fiant de personis; vt matrimo-
nium, & mancipiorum permutationes atque venditiones.
Quidam vero fiant de rebus spiritualibus, vt limonia, & be-
neficia: & deinde quidam de rebus temporalibus seu ex-
ternis, vt mutationes, emptiones, & cæteri quorum est v-
sus in hominum commettis.

Postremo, ex modis quibus sunt contractus, variæ ipso-
rum diuisiones sumuntur. Prima est, quod aliis sit mutuus,
alius non mutuus. Dicitur aliis mutuus, quando ex utraque par-
te obligatio nascitur; vt contingit in emptione & venditione,
conductione, & locatione, comodatione, mutatione, impignoratione. Non mutuus vero, quando ex vñna par-
te, non ex altera nascitur obligatio: vt sit in simplici promis-
sione gratuitæ, in donatione, libero legato, fideiūffione, fi-
deicommissione, & liberatione à solutione per acceptila-
tionem.

Secunda diuisione est, quod aliis sit simplex & absolutus,
& aliis conditionatus. Dicitur ab solutus, cui nulla conditio
additur: conditionatus vero, cui aliqua conditio additur,
qua posita sequatur obligatio. Qua de re inferius in cap. i.
vbi agetur ex instituto de eadem conditione.

21.

22.

156

Tertia diuisio est; quod alius sit licitus, qui secundum legem, & aequitatem sit; alius vero illicitus, ut simoniacus, surarius, & omnis alius qui contra legem, & aequitatem que sit.

Quarta est, quod alius sit temporalis, id est, ad certum tempus tantum, & alius perpetuus, id est, semper duraturus.

Quinta est, quod alius sit re, aliis verbis, aliis scriptura, aliis consensu: eadem ratione, qua in sequenti capitulo dicitur de pacto, in quarta illius diuisione posita proxime aenam te primo documentum.

23. Sexta, quod alii sint bona fidei: ut venditio, locatio, societas, & ceteri qui commemorantur in §. Actionum, Institutis, De actionibus: alii vero sunt stricti iuris, ut in iumentum stipulatio & arbitrius. Non dicuntur autem bona fidei, quod in eis solis itaueint debet bona fides: quia in omni contractu ea debet interuenire, ex lege. Bonam fidem, Cod. De obligationibus & actionibus, sed quod in illis Index debet iudicare ex aequo & bono, quantum ad id quod restituendum est vel compensandum; non autem ex rigore legis scriptive iuris: sicut in aliis, qui ex eo dicuntur stricti iuris, quod in illis iudicandum sit ex rigore legis, iurisve scripti: atque ex rigore conuentionis facte inter contrahentes. De hac contractuum distinctione plura qui volent videre potest apud Cœsar, ad regulam, Posseilior, par. 2. §. 6. aut Ludovicum Molinam in tract. 2. de iust. & iur. & dispat. 259.

24. Septima diuisio est; quod alii sint gratuiti, alii non gratuiti. Dicuntur gratuiti qui non habent obo solutum pretium vel mercedem acceptam (vide etiam dicuntur facti titulo gratioso) ut mutuum, comodatum, precarium, depositum, mandatum, fideiussio. Non gratuiti vero dicuntur qui sunt ob pretium vel mercedem, vel ob aliam quamcumque rem factam, vel datam, vel faciendam, vel prestandam: unde dicuntur etiam onerofaci, quia obligatio solvendi pretium vel mercedem, vel rem aliam dandi vel faciendi est onus.

Octaua diuisio est; quod alii siant in gratiam tantum & bonum recipientes: ut mutuum & comodatum regulariter: alii vero siant in gratiam tantum dantis: ut depositum, & mandatum regula iter: alii demum siant in gratiam & bonum utriusque: ut emptio, locatio, permutatio, pignus, societas. Ideo dixi regulariter: quia depositum, mandatum, & comodatum aliquando sunt in bonum utriusque, nam depositario interdum perimititur vi re deposita: & mandatum quo quis cum absente contrahit per literas, ei committendo ut merces, vel aliquid aliud pro se emat, de se quidem gratuitum est, sed interdum mandatarius ex eo commodum accipit, quod si fiat loco mercedis, induc rationem locationis: interdum denique commodat quis rem suam in propriam utilitatem: ut cum quis alteri commodat suam supellecitem ut communis amicus nomine ipsorum honorificentius excipiat.

Nona diuisio est; quod alij siant per se seorsimque ab aliis contractibus separati: alii vero ex sua natura coniuncti snt alii, & propter alios siant: huius generis sunt assuratio & fideiussio: & ex quorundam sententia pignus, atq; societas: prior autem generis sunt ceteri.

25. Postrem est; quod quidam sint, qui re viuis ad alterum transserunt quoad dominium: & quidam quoad vi sumfructum tantum: quidam autem quoad vium tantum, & quidam denique quoad traditionem rei tantum. Ac rursus qui transferunt quoad dominium, vel transferunt gratis, ut doatio gratuita & liberum legatum; vel non gratis: tuncque vel res datur pro re, ut vinum pro oleo, & c. permutatio; ad quam revocatur cambium, quod est lucrosta permutatio pecunie pro pecunia: vel res pro pretio seu pro pecunia, & est emptio ac venditio: sub qua comprehenduntur negotiatio, societas & assuratio: vel res cuius usus non distinguuntur a domino, pro simili postea accipienda: ut mutuum, sib; quo comprehenduntur contractus, quos vocant montes pietatis.

Ex iis vero contractibus qui rem transferunt quoad vi sumfructum tantum, quidam transfert in perpetuum & gratis, ut feudum, quo quis reservato sibi dominio, seu proprietate rei immobilia, puta domus vel predij, in alterum transferre dominium vult, hoc est, fructus & emolumenta, idque

gratis seu nullo pretio, vel annua pensione petita; sed tantum seruitio personali: quale est quod vasalli debent suo Principi. Quidam vero, qui sive in perpetuum, sive etiam ad tempus dominum transfert, non quidem gratis, sed pro annua pensione, ut emphyteusis, quæ cetera habens cum feudo communia, in hoc illo differt, quod non gratis, & tam ad tempus, quam in perpetuum fiat. Quibus duobus, possunt tanquam eiusdem generis, addi primum, contra catus liuellarius, quod emphyteuta omne ius suum, quod haberet in emphyteusis, trasferri in tertium, & id in perpetuum. Deinde censu, qui efficietur accipiendo redditum annuum ex re aliena. Tertio, censualis pensio: qua est contractus, quo quis omne ius quod in rei aliquam habet transferit in alterum, pro pretio quidem, sed ita ut sibi nihilominus praestetur pensio annua. Et demum contractus superficiarius, quo quis re: ente sibi dominio directo, & proprietate soli, dat alteri superficiem fundi, id est, molendinum, vel dominum, vel aliud adficium in eo existens: idque sive imposita pensio annua, sive non imposta (vtrique enim modo fieri potest) sic tamen ut idem finiat, perente ipsa superficie, hoc est, ut si domus vel molendinum vel aliud adficium datum pereat, seu destruktur incendio, vel imperi aquarum, vel vi ventorum, vel alia ratione, talis contractus cefter, nec detur potestas readificandi.

Ex iis porro contractibus qui rem transferunt quoad vi sumfructum tantum: quidam est, quo simpliciter vius rei gratis transferitur, & dicitur commodatum, seu commodatio. Quidam vero quo vius vius rei transfertur pro viu alterius, & ditetur permittat commodatio. Quidam demum quo vius rei transfertur pro pretio, & dicitur locatio, & condictio:

Ex iis denique quibus tantum traditur res, quidam est quo traditur tantum ad custodiam, ut depositum seu depositio ad custodiam: quidam vero est quo res traditur ratione alicuius obligationis, vel fiduciationis: & dicitur impignoratio, cum est rei mobilis, & hypothecatio, cum est rei immobilis. Ex tanta autem varietate foli ciuilis hoc libro occurrunt considerandi. Nam quæ ad alios pertinent partim tradita iam sunt, partim tradentur in sequenti tomo.

C A P V T . IV.

De consensu requisito ad validitatem contractus.

S V M M A R I V M

29. Consensu liber ad contractum validum requisitus est, & quodmodo intelligendum sit contractus aliquos constare sive consensu.
30. Quando metus sit censensus leui, & conditiones requisite, ut graui censeatur.
31. Metus, etiam graui, non efficit regulariter contractum invalidum, necepsa est maladictum.
32. Contractus qui metus est, cum requirant consensum liberum cum condit oneliberitas, sunt invalidi.
33. Propter solum in meum graui contractus irritantur in foro externo: in interno etiam propter leuem: & talis differentia est.
34. Metus, ut quem irritus est contractus, debet prouincire a proprio externo.
35. Debet quo ut esse in iuste in cassus.
36. Res iustorum obnoxium est metu, etiam leui, extortum.
37. Quam tu alij uid extortis, & illud, & omne damnum inde secundum rosticere tenetur: in quo si deficit, qui excooperari sive int. tenebuntur supplicare.
38. Metus reverentia ut quando tanquam graui sufficit ad rescindendum contractum.
39. Ta. et ex metra reverentia sufficit ad rescindendum contractum, qui contrahenti valde previdit.
40. Metus reverentia quod conscientia foram, sufficit ad obligationem restituendi quod accepsum fuerit.
41. Corollaria in iuste deducia.
42. Metus reverentia in quod cadat.
43. Quando contingat preces in portunas inducere metum sufficientem ad rescindendum contractum.

44. Quod